

2509.

Chironico, 11. Oktober 1332

Die Gemeinde Chironico ernennt zwei Prokuratoren und beauftragt sie, von der Gemeinde Tujetsch Zinsen für den Unterhalt des ewigen Lichtes in den Kirchen von Chironico einzuziehen.

Or. (A), A vicinato Chironico, 17. – Pg. 19/32,5 cm. – Geschrieben vom Notar Johannes de Blanco.

Regest: MDT I, 140.

In ^{a)} nomine domini amen. Anno a nativitate eiusdem millesimo trecentesimo trigesimo secundo, die dominico || undecimo mensis octubris, indictione prima. Congregata
30 et convocata tota comunitate comunis et hominum || et singularum personarum totius vicinantie de Curonico¹ a^{b)} sonum campane in loco de Curonico || sub porticu ecclesie sancti Ambrosii² de Curonico more solito, in qua quidem vicinancia seu congregatione adherant infrascripti consules et vicini videlicet in primis Johannes filius condam Otuzii de Grumo³ consul omnium et singulorum vicinorum et singu-
35 larum personarum totius suprascripte vicinantie et cum eo Johannes filius condam Francischi de Lature de Curonico et Petrus et Ambrosius fratres filii condam Johannis de Fraxia⁴ et Jacobus de Solomone et Zohannes filius condam

2508. ¹⁹Asnago, Gem. Cermenate, ital. Prov. Como. – ²⁰Castello di Grumello, Gem. Montagna in Valtellina, ital. Prov. Sondrio.

40 2509. ¹Chironico, Bez. Leventina TI. – ²S. Ambrogio, Kirche in Chironico. – ³Grumo, Gem. Chironico. –

⁴Nicht identifiziert.

Petri notarii de Curonico et Ambrosius filius condam Petri de Candiano⁴ et Jacobus filius condam Vgonis de Luneta⁵ et Curonicus filius condam Stephani de Olina⁶ et Jacobus filius Pedrazii de Grumo et Petrus filius condam Ambrosii Giapi et Petrus filius condam alterius Petri de Piota⁷ et Jacobus filius condam Zanbonis de Olina et Johannes filius condam Petri de Bertramo de Cara⁸ et Johannesbonus filius condam Johannis de Lobia et Albertus filius Johannis Maley et Jacobus Ferarius de Zetencho⁴ filius condam Petri de Solario⁹ de Curonico et Johannes filius condam Jacobi Zuriani et Johannes filius condam alterius Johannis Ruscha de Curonico et Benteuegnia filius condam Celxii Custodis de Curonico et Albertus filius condam Gribii de Orliencho⁴ et Johannesbonus filius condam Johannis de Marchixio et Albertus filius condam Guill(ielm)i de Vgatio de Bleno¹⁰ et Guarnerius filius condam Alberti de Bleno et Martinus filius condam Viuianis de Fioratencho⁴ et Johannesbonus filius Ambrosii de Candiano et Durantus filius condam Johannis de Custode de Curonico omnes dicte vicinantie de Curonico suis propriis nominibus et nomine et vice omnium et singulorum vicinorum et singularum personarum totius predictae vicinantie de Curonico eligerunt fecerunt et constituerunt et eligunt faciunt et ordinant suos et dicte comunitatis et hominum totius predictae vicinantie de Curonico certos syndicos et procuratores et quicquid melius esse poterit suprascriptos Johannem de Otuzio consulem et Johannem filium condam Francisci de Laturre et quilibet eorum insolidum, ita quod occupan(tis) non sit melior conditio, ad petendum et exigendum totum illud fictum betuli, quod dictum comune de Curonico et luminera ecclesiarum sancti Mauritii et sancti Eugenii¹¹ et sancti Ambrosii de Curonico habere debet a comunitate et hominibus Tiuezii¹² de Crualla¹³, et ad omnes causas lites et questiones et controversias, quas et que dicta comunitas vicinantie de Curonico et dicta luminera suprascriptarum ecclesiarum habet et habere sperat cum quacumque persona comuni collegio et universitate ubique sub quolibet iudice tam ecclesiastico quam seculari. Et hec omnia et singula tam ad petendum quam ad defendendum alegandum opponendum negandum confitendum ter(minum) locandum testes producendum et ad sacra(mentum) cuiuslibet generis prestandum et faciendum et ad sententias tam difinitivas quam interlocutorias audienda et atenda et generaliter ad omnia ea et singula, que ad causas requirentur, et ad faciendum finem et confessionem ac etiam alienationem predicto comuni et hominibus Tiuezii et cuilibet alterii persone de toto suprascripto ficto betuli, si ipsis sindicis seu alterii eorum insolidum videbitur fore faciendum predictam alienationem, dantes et concedentes dictum comune et homines superius nominati suis et dictis nominibus dicte comunitatis et hominum dicte vicinantie de Curonico et dicte luminarie ut supra in predictis omnibus et singulis plenum et liberum arbitrium et liberam et generalem administrationem, tamquam si ipsi vicini superius nominati ut supra essent personaliter presentes ad predicta omnia et singula gerenda et facienda. Insuper ad maiorem cautelam et firmitatem predictorum predicti consul et vicini superius nominati suis et

2509. ⁵Lunete, *Gem. Chironico*. – ⁶Olina, *ebd.* – ⁷Pioto, *ebd.* – ⁸Cala, *ebd.* – ⁹Surei, *ebd.* – ¹⁰Blenio, *Tal u. Bez. TI.* – ¹¹SS. *Maurizio ed Eugenio, Kirche in Chironico*. – ¹²Tujetsch, *Kr. Disentis*. – ¹³Churwalchen = Churrätien.

dictis nominibus dicte comunitatis et singularitatis de Curonico promiserunt et con-
venerunt per stipulationem obligando omnia sua et dicte comunitatis et singularitatis
bona pignori presentia et futura mihi Johanni notario de Zornico¹⁴ infrascripto re-
cipienti nomine omnium et singularum personarum, cuia de iure interarit^{b)} de rato
5 habendo et iudicato solvendo in iuditio sytii^{c)} omni occaxione remota et renuntiata et
sublata. Unde plures carte unius tenoris fieri rogaverunt ut supra. Actum ut supra. In-
terfuerunt ibi testes rogati dominus presbiter Johannes beneficalis ecclesie sancte
Marie de Gazog(ni)a¹⁵ et presbiter Leo de Bodio¹⁶ beneficalis ecclesie sancti
Mauritii de Curonico et Ambrosius monacus eiusdem ecclesie sancti Maurizii.
10 (ST) Ego Johannes notarius filius condam ser Albertonis de Blanco de Zornico
hanc cartam sindicati rogatus tradidi et scripsi et me subscripsi.

a) *Initiale J*, 2,2 cm lang. – b) *A*. – c) *A*, statt *sisti*.